

NICOLAI COPERNICI

tur obliquitate non fixa. Quæ quidem uarietas ad motum ac re-
 uolutiones orbis magni terræ reguletur. Quoniam uero tres su-
 periores, Saturnus, Iupiter & Mars, alijs quibusdam legibus fe-
 runtur in longitudinem, quàm reliqui duo: ita quoque in latitu-
 dinis motu non parum differunt. Scrutati sunt igitur primum
 ubi nam essent, & quanti illorum extremi limites Boreæ latitu-
 dinis, Quos inuenit Ptolemæus in Saturno & Ioue circa prin-
 cipium Libræ, In Marte uero circa finem Cancri in apogæo p-
 pemodum eccentrici. Nostris autem temporibus inuenimus hos
 terminos Septentrionales, Saturno in VII. Scorpij, Ioui in
 XXVII. Libræ, Marti in XXVII. Leonis, prout etiam apogæa
 ad nos usque permutata sunt. Ipsum namque motum orbium illorum
 inclinationes & cardines latitudinum sequuntur, inter hos ter-
 minos per quadrantes circulorum secundum distantias æqua-
 tas, siue apparentes nullum prorsus uidentur facere latitudinis
 abscessum, ubicunque contigerit tunc esse terram. In his ergo me-
 dijs longitudinibus intelliguntur esse in sectione cõmuni suo-
 rum orbium cū signifero nõ aliter quàm Luna in sectionibus eclipti-
 cis, quas hic uocat Ptolemæus nodos, ascendente à quo stella in-
 greditur partes Septentrionales: descendente, quo transmigrat
 in Austros. Nõ quod orbis terræ magnus idẽ semper in plano
 signiferi manens latitudinẽ eis adducat aliquã, Sed omnis lati-
 tudinis digressus ex illis est, qui in alijs ab his locis plurimũ ua-
 riat, quibus appropinquanti terræ, quãdo Soli uidentur oppo-
 siti ac acronycti, maiori semper excurrunt abscessu, quàm in quacunque
 alia terræ positione. In hemicyclio Boreo in Boream, in Austri-
 no in Austrum, Idcirco maiori discrimine quàm terræ accessus & re-
 cessus postulat. Qua occasione cognitum est, inclinationẽ illorum
 orbium non esse fixam, sed quæ mutetur quodã librationis motu
 reuolutionibus orbis magni terræ cõmensurabili, ut paulo infe-
 rius dicetur. Venus autem & Mercurius alijs quibusdam mo-
 dis uidentur excurrere, certa tamen lege obseruata ad absidas
 medias, extremas, & infimas. Nam in medijs longitudinibus,
 quando uidelicet linea medijs motus Solis per quadrantes disti-
 terit à summa uel infima illorum abside, ipsæque stellæ ab eadẽ li-
 nea medijs motus abfuerint per quadrantes suorum orbium uesper-
 tini uel